



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 30. De mansis traditis in villa Heribrunnun in pago Pathergo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

Ab anno 826 usque 853 imperante Hludouico et

efic (m) immed (n) bernhard uufheri fibold uuikric (o) hunnuard bodo teodoric item uuihric renold heuo.

§. 30.

Tradiderunt eilger horic et uuilheri in uice thiadboldi in heribrumun (p) duof manfos testef uuido reinheri baldric marcuuard riculf hrotghat hrodunard uulfger adalger redbern emmo uuillo dago dachbert.

§. 31.

Tradidit redman in haslbechi (q) mansum unum et hominem cum uxore

ditorum dignitate locorum dignitas colligatur: hoc quippe non modo non postrema laudis, sed summa glorie apud maiores fuit. Et ut superiora repetamus, quod ex CORBEIA FRANCIE hi duo monachi et abbates fuerunt, CORBEIAM ad eius similitudinem nominari voluerunt. Quo in monasterio primus abbas ad iidem venerabilibus institutus est WARINVS, nobilissimo genere propagatus: fuit enim genitus ECHBERTO CLARISSIMO COMITE ET DYCE, matre splendidissima nomine IDA, tam nature muneribus et generositatis quam elegantia morum, cuius (scilicet Warini: iam enim nihil impedit, quo minus hic supra dicti fratres Warini intelligamus) fratres adaque clarissimi viri, magnis dignitatibus illustres et apud exteros et apud domesticos emittuerunt.

Horum (scilicet Adalhardi et Walæ) ergo nepitis, utpote ex eorum sorore (ergo Ida ducissa soror fuit Adalardi et Walæ) genita, patre viro spectabili et valde inclyto ad regimen beverfordensis monasterii venerabilis Haduini (infra in his traditionibus nominatur Hadwi) diuino nutu promoti, et diuino amore et maiorum suorum exemplis, tamquam quibusdam stimulis emulationis incitata, cum desideraret, tam sanctæ religionis deuotione quam patrocinio sanctorum monasterium, quod susceperat, illustrare posuit pia intentione, quamquam difficile impetratu videretur, excellentis CAROLI REGIS super hoc auxilia flagitare: non enim aliter, quolibet in loco regni eius sanctorum pignora forent, ea consequi posse videbat. Erat autem aditus ad ipsum, siue consanguinitatis gratia, cum ei tertio quartoque cognationis gradu coniungeretur, siue quod maires eius multa familiaritate ac liberalitate memorati principis vti essent, tum etiam, quod FRATER EIVS COBBO in palatio quotidianis eius adhaerebat obsequiis; et etiam quod pretiosissimis saepe donatus ab eodem fuerat muneribus, non minimum eius animos accendebat, et, ne tirebaret in aliquo ius inolitæ familiaritatis, effecerat. Ex his verbis, fideliter transcriptis, apparet, Cobbonem comitem fuisse fratrem tam abbatissæ Haduine, quam abbatis Warini. Cum itaque in his traditionibus infra §. 126 Luidolfus appelletur germanus Cobbonis, sequitur et Luidolfum fuisse filium Eberti ducis, atque Ebertum fuisse fatorem Heinrici aueupis atque Ottonum Augustorum.

De Esicone.

(m) Hunc Esiconem caue ne confundas cum Esicone comite, sine mascula prole defuncto, qui grandis natu monasterio Fuldensi se addixit, et de quo egimus supra §. 23. Cobbo, qui hoc tempore senex nondum esse potuit, hic ante Esiconem collocatur. Id factum non esset, si venerabilis ille senex hic intelligendus esset. Probabiliter est denotatus Esic iunior, de quo agimus infra §. 195.

(n) De Immedo vid. supra §. 4. not. (h).

(o) De Wihrico confer §. 17. not. (i).

De villa Heribrumun.

(p) Villam Heribrumun in pago existisse Pathergo, docuit nos abbas noster Saracho in Registro B. et P. A. C. Pagum Pathergo fuisse in Paderbornensi episcopatu, et quidem circa urbem Paderbornam, ad liquidum deducemus infra. Designari ergo existimamus vicum Herbram, in diocesi Paderbornensi situm inter Lichtenau, Iggenfen, Dalen et Nienherfe. Thiadboldus, qui duos manfos in hac villa fitos Corbeiensibus tradidit, videtur fuisse comes Theadboldus, quem supra §. 21. inter testes deprehendimus. An is fuerit comes per pagum Pathergo, id quidem nunc in medio relinquimus.

De villa Haslbechi.

(q) Villa Haslbechi erat, teste Sarachone in suo Registro, sita in pago Auga, in quo præterea erat visenda ipsa nostra abbatia Corbeiensis. Procul dubio hæc villa inter desolatæ est recensenda. Nullus enim vicus in tota illa regione, in qua olim pa-

pa-